

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 1: De peccatis Caput 6: De gula (1)

Gula appetit delectabilia ad conservationem individui.

Ex ea enim est inepta letitia, scurrilitas, immunditia, multiloquium, ebitudo sensus.

Unde sic diffinitur ab Hugone:
Gula est immoderatus amor edendi;

uel:
Gula est solius corporis, tam noxius quam illecebris edendi appetitus;

uel:
Gula est immoderata cibi aviditas.

[fons nondum repertus]

De uentris ingluuie, inepta laetitia, scurrilitas, immunditia, multiloquium, hebetudo sensus circa intellegentiam propagantur.

Gregorius Magnus, *Moralia in Job*, 31.45 (CCSL 143B, M. Adriaen ed., p.1610, ll.32-34).

et cum jam exterioribus delectatur,
prius delectatur vitio quod proximum naturae est,
scilicet gula, quae est immoderatus amor edendi;
et inde luxuria, quae est libidinosae voluptatis appetitus.

Hildebertus Cenomanensis, *Tractatus theologicus*, 38 (PL 171, col.1143B).

Crapula est, solius corporis causa, illecebrosus et avidus ciborum appetitus.

Conradus Hirsaugiensis, *De fructibus carnis et spiritus*, 9 (PL 176, col.1001D).

Gula est immoderata cibi aviditas;
vana gloria amor propriae excellentiae;
avaritia immoderata habendi cupiditas, quae non est tantum pecuniae, sed etiam altitudinis et scientiae, cum supra modum sublimitas ambitur.

Petrus Lombardus, *Sententiae in IV. libris distinctae*, 2.21.5.6 (Spicilegium Bonaventurianum, editio tertia, p.436, ll.21-24).